Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



3

videamurq; pp monarchiam iudaizare, aut pp multi-
tudinem abundantem graecizare, in utrisq; enim
simile e malu, licet in contrarijs inveniatur, et ita se
habent sancta sanctorum, q à Seraphin contegunt,
et trinis glorificantes sanctificationibus, in unam
coeuntes dominationem, et deitatem. Quemadmodu
et alius quidam, q ante nos fuit, pulcherrime et sub-
limissime disseruit. Postquam vero bonitati divinae
non sufficiebat, ut solum contemplatione sui moveretur
sed oportebat bonum latius diffundi et longius proce-
dere, ut plura essent q beneficio afficerentur, id n.
Cumrae erat bonitatis. Primum quidem angelicas et ce-
lestes excogitavit virtutes, statimq; excogitatio opus
fuit, verbo pariter adimpletum, et spiritu consuma-
tum, et ita subsliterunt splendores secundi.
Primi illius splendoris ministri, sive eos spus intellectuales,
sive ignem immaterialem et incorporeum, sive naturam
quandam aliam appellemus, quoniam ijs q enumeravimus,
admodum propinquos esse suspicandum e, equidem dicere
volo, immobiles eos ad malu, solumq; boni habere
motus, utpote q circa DEUM ~~moventur~~ versentur, et
primordio suo ex DEO resplendeant, nam q sequuntur
splendoris sunt secundi. Quod vero non penitus immobiles,
sed difficulter mobiles aestimari, et nominari debeant,
ille mihi fidem facit, q pp splendorem Lucifer, propter
elationem vero caligo, et factus et dictus e, ac pariter q
sub ipso erant desertrices potentiae, scelerum opifices ob

boni